

bonis operibus ac largissima lacrymarum effusione. **A** Beatum namque Petrum apostolorum principem legimus prius culpam flevisse; quid tamen penitens in fletu dixerit non invenimus. Lacrymatus esse dicitur, verum quod preces quoque satisfaciens sederit, non refertur. Cur hoc, nisi quod utiliores sunt preces lacrymarum quam imploratio sermonum? quia sermo in precando falli potest. Sermo enim interdum non totum hominis profert negotium: lacrymæ totum semper loquentes produnt affectum, et ideo Petrus in

pœnitentia sua jam non utitur sermone quo Christum negaverat, ne illi sermoni non crederetur ad contendum quo usus fuerat ad negandum. In omni igitur culpa prius flendum est; et sic deinde precanum: lacrymæ enim lacite quodammodo preces sunt. Veniam non loquendo postulant, sed merentur. Causam non dicunt, et misericordiam consequuntur quam ab ipso Redemptore nostro consequi possumus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia æcula æcclororum. Amen.

IN SERMONEM SEQUENTEM

MAI MONITUM.

(Mai. Script. Vel. Val. Collectio.)

Cum mihi pervetusta quedam exhortatio ad Fraucorun regem in prisco regnے Suecic codice observata fuisset, hanc divulgare non dubitavi. De qua ut brevissime quæ sentio dicam, ea videtur mihi ad Clodoveum II, Neustriæ et Burgundia regem, scripta, qui puer quadriennis regnum adiit, tenuitque annos xviii, ab anno 638 ad 655, qui ei mortuarius fuit. Tum quia matris Mathildis reginæ nulla fit inter aulicos qui ab oratore innuuntur intentio, compositum sermonem judico post annum certe 640, qui supremus Mathildi fuit. Ac sane constat missam

Besse hanc adhortationem ad regem adolescentulum; puto tamen saltem ad decennem potius quam ad quadriennem, apud quem vana oratoris locutio fuisset. ipsum porro oratorem sacerdotem vel potius episcopum fuisse appetat; itaque mihi de sanctis epis copis vel Audoeno vel Eligio cogitare placebat; qui ambo apud Clodoveum II et Dagobertum patrem magna cum auctoritate versati sunt. Certe ad has meas conjecturas quod attinet, legere proderit Cointium in ecclesiasticis Francorum annalibus, tom. III, ubi Clodovei II regnum late describitur.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT SERMO AD REGEM.

Moneo sublimitatem tuam, nobilissime rex, ut quæ tibi charitatis stylo scribere presumpsi, excellentia tua benigne dignetur recipere. Oportet, scilicet, te, piissime rex, frequenter sacras recensere Scripturas, ut in eis antiquorum et Domino placentium regum valeas cognoscere causas; qualiter ipsi per humilitatis custodiam Domino placuerunt; quorum vestigia si secutus fueris, honorem longevum regni presentis, et insuper vitam obtinebis æternam. Rex enim David sapiens humilisque jugiter opera bona secundo quæ Domino erant placita, prælia quæ fuerant contra illum parata semper vicit, templum Domini ipse ædificare cœpit, illiusque ejus Salomon illud postea ad perfectionem perduxit, quia per prophetam Dominus ei locutus est dicens: Ex semibus tuis exiet qui hanc domum meam postea ædificabit; qui Salomon rex tantam sapientiam tantamque prudentiam habuisse legitur ut in ejus dictis nullus sit qui reprehendat usque ad unum iota: rectus fuit in judicio, sapiens in eloquio, omnesque motus suos tolos regales habuit.

Isti reges supradicti semper prophete Domini quod eis denuntiaverunt, intento sensu audierunt. Quomobrem, gloriosissime domine, modo oportet te ut et sacerdotes audias, et consiliarios seniores diligas, simulque et illum qui post te palatium tuum regit, et ad eorum doctrinam quam tibi indicant vigilanter attendas, quia vulgari sermone ita dicitur: Qui cum pluribus consilatur, solus non peccat. Dig-

Cum est etiam ut personarum maturam ætatem et consilium habentium non surdus auditor sis, sed claro moderamine ipsos audias; juvenum quidem, qui tibi proximi assistunt, cauto ordine eorum verba recipe, quia per juvenum consilia sæpe casus evenit, et in senioribus eloqui stabilis dignitas perdurat. Salomon quidem quando regnum accepit atque in eo unctus fuit, evigilavit mane et ita oravit in templo Domini dicens: Domine Deus, tu me servum tuum regnare fecisti, ego autem sum perparvus, et ignorans egressum et introitum meum, et servus tuus in medio populi est quem elegisti infiniti qui numerari et supplicari non potest præ multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docibile, ut iudicare possit populum tuum et discernere inter malum et bonum. Instrue me, Domine, viam rectam in qua ambulem, et da mihi sapientiam atque intellectum in omnibus sensibus meis, ut armis fidei circumdat in omni intelligentia et monitione circa me tuæ protectionis auxilium habeam. Et cum haec orasset, exaudita est oratio ejus, et locutus est angelus Domini ad eum dicens: Quis non petisti aurum, nec argentum, neque divitias aut animas inimicorum tuorum, ideoque quod postulasti dabit tibi Dominus, hoc est sapientiam et intellectum.

Ergo si tu, domine, bona postulas a Domino, et si fueris mensuratus in verbis, firmus in dictis, fœderator in animo, in charitate locuples, in bonitate subtilis, in salutatione receptaculum habens, in dispensatione sensatus, in judicio rectus, in vindicta

* Clodovei II intelligo majorem dominus Erchoaldum, virum strenuum atque sapientem, ut eum ap-

pellat Fredegarius, apud Cointium, annal. Franc. t. III, p. 383.

pius, in pauperibus misericors, Dominus augebit annos tuos longevos, sicut fecit antecessoribus tuis regibus, qui in hoc seculo nobilitem regnaverunt. Tu quidem, domine, si in ista juvenili aetate perfectus fueris, omnes gentes tibi adversantes de tuo recto et justo regimine pavebunt, omnes fideles tui tecum gaudebunt, universi te timebunt, et audient et diligent, cuncti gratias agent divino rectori Domino nostro Iesu Christo eo quod tam super se meruerunt habere regem. Cum inter ipsos in consilium veneris, semper sereno vultu eorum verbis auctem praebet; sollicitus considera quomodo singuli circa te loquantur, pro stabilitate patris, pro causis emendandis, pro tua salute, pro iis que ordinanda et tractanda sunt in regio palatio. Omnia haec oculi tui instanter inspiciant, et aures tue prudenter audiunt. Quoties vero veneris inter illos, sic sis sollicitus quasi puer qui sapienter vult discere litteras; tantaque prudentia tua inter ipsos appareat, ut eis loquentibus, tu non sis discipulus, sed magister; ubi autem videris sapientem hominem, peculiariter eum recipie, et fabulas diversas cum illo habeas, quia sicut scriptum est: *Si arguas sapientem, diligite;* et *si irrideas derisorum qui non intelligit, injuria est te audire.* Et item dicit: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit quando locutus fuerit.* Jocularis quis curiales sermones habet ad loquendum? ne libenter eum audias. Et quando tu cum sapientibus locutus fueris, aut cum tuis ministerialibus bonas fabulas habueris, jocularis taceant, quia plus te oportet recordare sapientiam in cubiculo cordis tui, quam fatuos et stultos sermones loquentes audire; quia ubi sapientia vera habitat, Dominus ibidem mansio-
ne facit.

* Lotharius atavus tuus tres filios habuit, Hildebertum, Clodoveum, et Clodomirum. In Hildeberto quidem tanta sapientia et patientia fuit, ut non solum seniores, sed etiam et juniores, paterno affectu diligenter; et quicunque adhuc ex ipsis ejus memorant nomen, extensis manibus tam sacerdotes quam et laici ejus spiritum commendant, eo quod ipse locis sanctorum seu fidelibus suis semper largus fuerit in dandis muneribus. Clotarius autem senior habens quinque filios, ex cuius stirpe tu procedis, fortis fuit in eloquio, acquisitor patris, nutritor fideliuum. Hoc autem inter reliqua satis dulce est commemo-
rari de eodein avo tuo Clotario, quia tanta fuit ejus benignitas secundum Dominum, ut non solum justus videretur esse in operibus, sed quasi sacerdos in hoc seculo conversatus est: ille rexit Francos, ædificavit ecclesias. Ergo tu, dulcissime domine, quia pareutes tui tam grandem habuerunt intelligentiam atque doctrinam, sic age per singula quomodo regem decet: non in levitate sis positus, non iracundia animo tuo dominetur, quia sic dicit Apostolus: *Ira enim viri justitiam Dei non operatur.* Non ebriosi conjugaris, quoniam scriptum est de eis: *Ebriosi*

* Clodevi II Pater Dagobertus, avus Clotarius II, preucus Chilpericus, atavus (seu abavus, nam voculum promiscue interdum ponitur a Latinis) Lo-

A regnum Dei non possidebant. Attende diligenter, ut non inordinate alicui reddas responsum, sed in tua loquela sis eruditus et verax, quia ita sapiens Salomon ait: *Eruditus in verbis reperiet bona.* Quando tibi aliquis aut pro tua utilitate aut pro sua necessitate aliquid suggestit, non in animo tuo contra ipsum maligne aliquid aut superbe teneas, sed sic moderate et honeste age sicut decet regem, et Scriptura docet: *Sol non occidat super iracundiam vestram;* sed si aliquid contigerit unde ira commotus fueris, cito animus recipiat pacem, quia Dominus, sicut legitur in Scripturis, super patientem animum verbum promissionis suæ dignatur largiri.

Quod vero, gloriosissime domine, ^b rusticitas mea vobis scribere presumit, regalis industria hoc mente devota pertractet, et intento animo a Deo petat auxilium, qui dat omnibus in fide postulantibus afflueret, sicut scriptum est, et non improperat. Et cum his hujusmodi te officiis regiae pietati congruentibus exercere studueris, rex esse perfectus poteris, simulque et gloria Domini de celo super te veniet, ut sermo Davidicus jure impletatur in te, quatenus in virtute Domini læteris, o rex, et super salutare ejus exultes vehementer Desiderium animæ tue tribueli tibi Dominus, voluntates labiorum tuorum non fraudabit. æquitate directa sit gloria tua in salutare ejus; gloriam et magnum decorum imponat super te; illuminet te Dominus, et impleat omnes rectas petitiones cordis tui, et consilium tuum in bonis actibus confirmet, ut pro te dicant cuncti Christiani: *Domine, salvum fac hunc regem nostrum, et exaudi nos in die qua invocarimus te.* Si speraveris in Domino et feceris honestatem, coram illo, pasceris in divitiis ejus. Revela Domino interiora cordis tui, et spera in eum, et ipse faciet, et deducet quasi lumen iustitiam tuam, et judicium tuum lucere faciet sicut meridiem. Ergo tu subditus sis semper Domino, et obsecra eum, ut dono gratiae sue vitam tuam gubernet et disponat; quia si hoc non feceris, nihil erit utile, quod sic testatur Scriptura: *Qui inique agunt, exterminabuntur; qui vero exspectant Dominum, ipsi in hereditatem possidebunt regnum.* Ergo tu exspecta Dominum, ut ipse custodiat viam tuam, ut et tu cum pace inhabiles terram. Custodi autem veritatem, et vide æquitatem, quia salus est justorum a Domino, et ipse protector est eorum in tempore tribulationis. Adjuvabit eos Dominus, et liberabit eos, et salvos faciet eos, et eruet eos a peccatis eorum. Ostendet Dominus misericordiam suam timentibus se; sicut tibi faciet, si fueris pius et misericors et timens Deum, consolator pauperum, quia sic in psalmo dicitur: *Batus qui intelligit super egenum et pauprem; in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum.* Et illi viri beati sunt, qui in hoc principio regni tui, quod modernis temporibus, Domino donante, regis, bona gerunt, recta prosequuntur, atque iustitiam faciunt, quia si

tharius I.

^b Rusticatem ad styli simplicitatem refero, non ad personæ humilitatem.

reditantur, et tibi vivendi solatium praestant, A et mercedem futuram in cunctis sibi acqui-
d longe lateque tam in tuo regno quam et
quis patriis magnum esse nobilitatem per-
in palatio gaudebunt, ubi veritas non abne-
d justitia pronuntiatur, ut, abstensa mundana
e, aequitatis radiante lumine, sic justitia
, ut cum laude clarificetur Dominus, justi-
cio in cauto palatio judicato letifcentur, et
i pauperes, viduæ defensionem habeant, or-
telatu suscipiant.

x, o rex Francorum illuster, dulcissime fili,
am, ama illum, semper tibi presentem; et
invisibilem humanis oculis credas, tamen
adora eum; et quantum ipse tibi de die in
honoris dederit, tanto amplius illum dilige,
cum quotidie satis humiliter, ut det tibi sa-
gubernandi regnum, quod ab i, so accepisti;
liu illi placuerit quod regnes, semper ei pla-
deres; quia omne donum bonum desursum
endens a Patre luminum; quoniam non po-
to accipere quidquam, nisi ei datum fuerit.
Ideo enim hominibus dantur dona a Domino
natus, ut Auctori gratias referantur. Ministrum
me scias ad hoc constitutum ab ipso, ut qui-
xona faciunt, te habeant misericordem adju-
dicem fortem te cognoscant hi qui faciunt
antequam faciant, te timeant. Pleno cordis
cogita sollicite qualiter in omni vita tua a-
erneris, ut diu et feliciter tu alios regas.
nia et post omnia cave pravorum consilia, et
rum acceptiones. Sine bonorum consilio ni-
i, sed unicuique suus honor servet. Unum-
sua fides commend. t. Vide ne ames eum
nos odit, id est, qui ejus conte*n*uit precepta,

A ne quo eum odias quem Deus diligit, hoc est, qui ejus
mandata custodit. Noli diligere adulatorem, sed ama
eum qui tibi dicet veritatem. Honora sacerdos; magnifica Deum timentes; veritatem ama et seque-
re; clamores populi moderate compesce; judices
pravos corripe viriliter. Sic te, Domino adjuvante,
tempera in omnibus, ut qui mali sunt in omni gradu
regalem timeant auctoritatem, legem, et rationem;
boni vero ament fidem et misericordiam; singuli ju-
dident justum judicium. Tu vero conserva unius tori
castitatem. Sapientum dicta prudenter interroga;
nec te pudeat interrogare quod nescis, nec praecire
conceris quod ignoras, ne forte per vanam gloriam
offendas gloriam Dei; multum enim talis homo dis-
plicet Deo. Purum sensum habe per singula; stabilis
B sit sermo tuus; considera eum a*nte*quam definias, et
postquam finieris, non mutes eum; si tamen non ma-
lus sit aut noxius, non decet regem mutabilem esse;
scias vero quod nullus potest esse fidelis regi cuius
sermo non stat. Cave calcare ova aspidum nulla
planta; recordare praeterita, et cogita futura. Intel-
lige quod scriptum est: *Divitiae si affluant, notile cor apponere.* Cogita diem novissimum, ut non pecces per
securitatem. Sapientior est qui in ante*n*ata preparat,
quani qui retro relinquit. Nutri nunc reliquias Fran-
corum, hoc est filios eorum paterno potius affectu
quam crudeli imperio.

Huc autem paucissima verba supra vires meas
scripsi coactus amore tuo et Francorum omnium.
Scias quia si ista super scripta sub tuo regimine gesta
fuerint, ille vitæ tue et regni tui dignabitur augere
spatia, qui ter quinos annos Ezechiae regi superad-
dens concessit ad vitam. Salutem humiliiter a Domino
perpetuam tibi et omnibus tuis dandam imploro, o
dulcissime rex.

SS. ELIGII ET AUDOENI EPISTOLÆ.

EPISTOLA SANCTI ELIGII

AD SANCTUM DESIDERIUM CADURCENSEM EPISCOPUM.

(Vide supra, hujusce tom. col. 289.)

SANCTI ELIGII CHARTA *

clesiae a se conditae in agro Solemniacensi donat ipsum agrum Solemniacensem, et
ut ibi habitantes regulam teneant sancti Benedicti et sancti Columbani (ann. 631).

mine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego
servus omnium servorum Christi, dominus
ictor ecclesiae, quam in honorem sanctorum
Pauli apostolorum, Pancratii et Dionysii,
clii suis, Martini, Medardi, Nevidii [Mab.
clus suis, Martini, Medardi, Nevidii [Mab.

enus juxta apographum anno 1604 legaliter
a ex mandato curiae Burdegalensis, ab uno e
is senescallicæ Lemovicensis, cum instrumento
ivo Solemniacensi monasterii deprompto.
sandaverunt Mabilionius, in Actis SS. ordinis
dicti, sec. n. pag. 468, et auctores Novæ
ir., instr. t. II, col. 185. Inter uncos va-
tiones apponimus excerptas ex Editione Ma-
si chartam eruerat ex ms. Codice Solemnia-
secularior hujus Editio videtur quam apogra-

D Remigii] atque Germani confessorum in suburbio
Lemovicensi, in terra et fundo agri Solemniacensis,
Deo auctore, construxi, ubi, et auspice Christo præ-
esse dignoscitur vir venerabilis Remaclus [Mab.,
Rimaclus] abbas, cum reliquis fratribus. Legum la-

phum quo utimur, licet authentica collatione sit prædi-
tum, prout querit tum ex variis lectionibus quas
ascrribendas duximus, tum ex notis infra subjectis.
Certe hinc est conjiciendi locus exemplum quod se-
quimur non ex originali, sed ex adulterato apographo
exscriptum, vel ab exscriptore ipso vitiatum fuisse.
Ideo autem chartam ex hoc exemplo edimus, ut pa-
teat qualem mereantur fidem collationes quibus sa-
pius apographa vallaverunt viri ab arte critica pro-
sus alieni.